

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Fragen sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung:

1 Proxime dis consul, tantae qui prospicis urbi,
2 qua nihil in terris complectitur altius aether,
3 cuius nec spatum visus nec corda decorem
4 nec laudem vox ulla capit; quae luce metalli
5 aemula vicinis fastigia conserit astris;
6 quae septem scopulis zonas¹ imitatur Olympi²
7 armorum legumque parens quae fundit in omnes
8 imperium primique dedit cunabula iuris.
9 Haec est exiguis quae finibus orta tetendit
10 in geminos axes parvaque a sede profectas
11 dispersit cum sole³ manus. Haec obvia fatis
12 innumeratas uno gereret cum tempore pugnas,
13 Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes
14 et Gallum terris prosterneret, aequore Poenum,
15 numquam succubuit damnis et territa nullo
16 vulnere post Cannas maior Trebiamque fremebat
17 et, cum iam premerent flammæ murumque feriret
18 hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos
19 nec stetit Oceano remisque ingressa profundum
20 vincendos alio quaesivit in orbe Britannos.
21 Haec est in gremium victos quae sola recepit
22 humanumque genus communi nomine fovit
23 matris, non dominae ritu civesque vocavit
24 quos domuit nexuque pio longinqua revinxit.
25 Huius pacificis debemus moribus omnes
26 quod veluti patriis regionibus utitur hospes;
27 quod sedem mutare licet; quod cernere Thylen
28 lusus et horrendos quondam penetrare recessus;
29 quod bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem;
30 quod cuncti gens una sumus. Nec terminus umquam
31 Romanae dictionis erit.

¹zona

hier: Planetensphäre

²Olympus

hier: metonymisch gebraucht

³cum sole

hier etwa: mit dem Lauf der Sonne

Fortsetzung nächste Seite!

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Geben Sie ein Schema der syntaktischen Struktur der Verse 1-8!
2. Bestimmen Sie die Form 'visus' (v. 3)!
3. Welche syntaktische Funktion haben die Worte 'armorum legumque parens' (v. 7)?
4. Wie wird das 'quod' der Verse 26-30 üblicherweise in den Grammatiken bezeichnet?